



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De Visitatione. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

De visitatione.

C A P. X I V.

118 Singulis annis per se ipsum singula loca suae Prouinciae visitet, cum hoc sit valde proprium sui officij, & ibi diutius immoretur, vbi magis erit opus, praesertim in loco ad communicationem cum inferioribus, & Generali Praeposito magis commodo.

119 Si quando ob causas grauiores visitare omnia loca suae Prouinciae ipse non possit, re cum suis Consultoribus collata, ad ea, quae non potest, sibi alium substituat. Quamuis omnino curandum sit, vt Domo probationis & scholasticorum Seminaria peculiari cura, & per se visitet.

120 Cum ad Domum, vel Collegium aliquod peruenerit, Superiorem interroget, num aliquid vrgeat, cui statim necessario sit remedium adhibendum: & Visitaciones praeteritas petat: deinde omnes simul benigne alloquatur, eosque ad renouationem in spiritu, & studium perfectionis hortetur.

121 Incipiat Visitacionem a Templo, cuius ostio clauso, videat quomodo custodiatur Sanctissimū Eucharistiae Sacramentum: mox visitet sacrum infirmorum oleum, & Sanctorum reliquias, ex quibus nihil vlla ratione

aufe-

Can. 29. congreg. 1. et P. 8. c. 1. lit. I.

Singulis annis Prouincia visitanda.

Quando per alium visitabit.

Quid cum ad locum visitandum peruenerit.

Visitatio inchoanda a Templo.

auferatur; altaria, sedesque Confessariorum, atque alia, quæ tam in Templo, quam in Sacristia ad diuinum cultum pertinent.

Tum personarum. 122 Postea ad visitationem personarum accedat, & curet, vt omnibus beneuolum se exhibeat, ne alicuius mentem subeat suspicio, quod ob sinistras aliquas informationes minus hilarem vultum ipsis ostendat.

Informatio de statu Collegij, vel Domus, & Superiore. 123 Petat à Superiore, & consequenter à Consultoribus, & ab aliquibus Patribus antiquioribus, vel præcipuis officialibus, vt ea, quæ sciunt alicuius momenti de statu Collegij, vel Domus, aut de personis referant: quod si iudicauerit expedire, iubere poterit, vt informationes huiusmodi, vel partem earum breuiter scribant, & sibi tradant: scripta autem, quæ secretum continent, clausa ipse diligentissime seruet, caueatque ne minimo quidem indicio eos, qui sibi aliquid referunt, prodant.

Tum de singulis personis. 124 Huiusmodi informationibus accceptis, & consideratis, percurrat cum Superiore catalogum personarum Domus, vel Collegij, breuemque de singulis ab eo capiat informationem.

Singuli seorsum interrogandi. 125 Deinde vocet sigillatim omnes eo ordine, qui ei magis conuenire videbitur, & singulos seorsum iuxta instructionem sequenti capite positam memoriter potius, quam ex scripto interroget, & quæ aduertenda iudicauerit,

cauerit, sibi memoriae causa scribat. Quid vero à quoque interrogandum sit, illius prudentiae relinquitur.

126 Hortetur omnes ad veritatem sincere dicendam, ne ipsis imputetur, si morbi propter eorum silentium incogniti, & latentes curari non possint: admoneatque teneri eos seruare sub secreto, quicquid cum eo quod secretum requirit, transfegerint, licet à quouis alio, qui ipso sit inferior, de ea re interrogentur.

Ad veritatem hortandi.

127 Non facile credat, si quæ forsan contra alios, præsertim Superiores dicentur: sed ea notet, & expendat, vt veritatem assequatur. Caueatque ne dum subditos consolari studet, illi debiliores in obedientia, & reuerentia erga suos immediatos Superiores reddantur.

Non facile credat, quæ contra alios præsertim Superiores.

128 Si quis diuisionis, aut dissensionis eorum, qui vna viuunt, inter se, vel cum suo capite auctor esse inueniretur, diligentissime ab ea Congregatione, velut pestis, quæ eam potest inficere, si præsens remedium non adhibeatur, separandus est.

P. 8. c. 1. §. 5. Dissensionis auctor.

129 Visitatio rerum, aut partium, iuxta ea, quæ in præcedentibus regulis, præsertim in nono capite huius officij dicta sunt, fieri debet; in qua simul examinandæ sunt regulæ officialium, qui eiusmodi rerum curam habent: si quid autem non solum informationem, sed inspe-

Examinandæ Regulæ officialium.

inspectionem requirat, ipse per se, aut socium id præstabit.

Quæ Regu-
læ, & cū qui-
bus.

130 Summarium Constitutionum, & Regulas Communes coram Superiore, Consultoribus, & Ministro examinabit: & si quas non obseruari intellexerit, consideratis causis remedia adhibebit vt obseruari possint. Regulas autem Ministri, Consultorum, & Admonitoris, Concionatorum, & Sacerdotum, itemque præcipuorum officialium ipse per se cum ipsismet examinabit: reliquas vero aliorum officialium poterit socio, aut alteri coram singulis eorum examinandas committere.

In Exam. c. 4.
S. 36. & 39.
Conscientiæ
ratione à qui-
bus, & quan-
do exigat.

131 Prouincialis integram rationem totius ante actæ vitæ, iuxta Constitutiones ab ijs exigat, qui Societatem ingrediuntur: & ab eo tempore, quo ad studia missi sunt ab ijs, qui illis absolutis ad tertium probationis annum peragendum mittuntur. Quod si id aliquando per se præstare non poterit, substituat ad id ordinarie Superiorem Domus, vel Collegij. Singulis vero annis in quacunque Domo, vel Collegio suæ Prouinciæ absoluta rerum domesticarum visitatione, aut in ipso visitationis decursu (si id opportunius in aliquibus fore iudicaret) rationem conscientiæ ab omnibus accipiat ab vltima, quam reddiderunt iuxta modum inferius præscriptum. Quod si visitatio circa renouationem votorum

rum

rum incidit (quam extra statutum tempus ratione sui aduentus in Domum aliquam, vel Collegium præsertim magnum, per vnum aut alterum mensem præmittere, aut differre poterit) ipse ad excipiendas confessiones generales nostrorum, aliquos Patres probatos, & maturiores designabit; eosque, qui sibi confiteri volent, benigne audiet.

132 Postremum omnium visitet Superiorem Domus, vel Collegij circa ea, quæ ad personam, & officium eius attinent, iuxta officij eius regulas, & ea, quæ ex acceptis informationibus collegerit.

133 Visitatione cuiusque Domus, vel Collegij absoluta, & rebus omnibus perspectis, vt laboris sui fructum capiat, denuo omnia, quæ accepit in visitatione, consideret, & ea, quæ maioris momenti sunt, diligentius expendat; quid item clarum, quidque tantum probabile videatur, & de quibus Generalis consulendus est, & quæ cum solo Superiore Domus, vel Collegij, quæ etiam cum Consuloribus, & quæ cum alijs particularibus sint transigenda, diligenter discernat.

134 Quæ ad gubernationem spectantia, ipsi ordinanda videbuntur, hæc vel illa ijs etiam expendenda tradat, quos de vnaquaque re melius iudicare posse confidat. Et antequam ultimam executionis manum rebus imponat, omnia in orationibus, & Missarum

facri-

Quando renouatio Votorum præmitti aut differri possit.

Superior, postremus omnium visitandus.

Recognoscenda post visitationem absolutam.

Ordinanda ad gubernationem spectantia, expédenda, Deoque commendanda.

sacrificijs Deo commendet, vt iuxta ipsius
Diuinum beneplacitum dirigantur.

Quæ non expungenda ex præterita visitatione.

135 Postquam autem apud se omnia constituerit ex præteritæ visitationis memoriali, vbi rerum quæ temporariæ sunt, ordinationes scribuntur, eas quæ executioni mandatæ fuerint, expungat. In libro vero in quo non nisi maioris momenti ordinationes scribendæ erunt, ipse ea tantum scribet, suaque manu subscribet, quæ cum Generali communicauerit, & ab ipso fuerint approbata.

Instructio de ijs, quæ in visitatione interroganda sunt.

C A P. X V.

Quæ ad gubernationem pertinent à Superioribus, & Consultoribus, & alijs, quibus videbitur, petenda.

Quæ nam, & à quibus de gubernatione interroganda.

1 Interroget, si quid grauius in ea Domino, vel Collegio accidisse extra confessionem intellexerit, & quod remedium sit adhibitum.

2 Quomodo seruentur regulæ, quæ ad Nouitios pertinent.

3 An aliqui, præsertim pueri, aut mulieres ad vota emittenda inducantur, vel ad con-